



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regia Via Crvcis

Haeften, Benedictus van

Antverpiæ, 1635

Cap. XII. Voluptariis, auaris, ambitiosis, & Aulicis suas non deesse Crvcis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46093](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46093)

CAPVT XII.

*Voluptuarijs, aularis, ambitiosis, & Aulicis
suas non deesse CRVCES.*



ISERA hæc CRVX peccato-
rum, inquebat Staurophila
miserere mei, misericors Do-
mine, ne incidam in illam.
Non peccatoribus dumtaxat
aiebat Christus, sed omnibus omnino suæ
sunt CRVCES, laborumq; exors nullus est, ne-
erit. * Inest enim singulis vitæ conditionibus,
quod inexpertus ignoret, & expertus exhor-
reat. Vis audire testem certissimum? Salo-
mon Rex omnia huius vitæ commoda, de-
licias & voluptates expertus, hoc de illis tan-
dem affirmavit: *Vidi cuncta quæ sunt sub so-*
le, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiri-
tus. In omnibus enim quædam insunt, quæ
affligant & excrucient.

Satis id quidem paradoxum hominibus
videbitur, aiebat Staurophila, & ne dissimu-
lem, ægrè ipsa id assequor. quare pergat,
quæso, Dominus meus ancillæ suæ hanc ve-
ritatem exponere. Animaduerte igitur, re-
spondebat Christus: *Omne quod est in mun-*
do, concupiscentia carnis est, & concupiscentia

Pindar.
Hym. 4.
* Boët. l. 2.
de Consol.
prosâ 4.

Eccle. 1,
14.

1 Ioan. 2,
16.

oculorum, & superbia vite. Aut enim carnales delicias, aut dititias, aut honores, mundani quærunt. Et quidem voluptates plus fellis quam mellis habent: vt non malè è sæculi sapientibus quidam dixerit: *Nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem hominibus à naturâ datam, eamq̃, quò maior est, omne animi lumen extinguere.* Vt quid igitur, interrogabat Staurophila, voluptates nuncupantur, si nihil volupe, amaritudinis autem habeant plurimum? Cui Christus: *Deliciæ sibiipsis contrariæ sunt. vnde nescio quomodo nomen hoc habeant, cum iniucundæ sint. Non tam vehementer fluuiantium aquarum cursus ripas corrodere solet, sicut delicia & luxus omnia valetudinis nostræ firmamenta facile subruunt. Si enim medicinalem ingrediaris officinam, omnes ferè morborum causas illic inuenies esse. Vilis enim tenuisq̃ mensa, vt loquuntur Medicorum pueri, sanitatis mater est: saturitas verò aegritudinis mater est, morbosq̃ parit ipsorum quoque Medicorum artem transgredientes: pedum enim dolores, & capitis grauedines & vertigines, & manuum cruciatus, & tremores, & remissiones, & alia his multò plura, ex saturitate nasci solent. Si vgrò vis animi morbos inde nascentes videre, auaritiæ, mollitiæ, melancholiæ, ignauiæ, omnes ignorantia hinc, habent principium:*

F 5 nihilo

Archita
Tarent.

Chrysoft.
Hom. 54.
& 55 ad
Antioch.

nihilo namque fiunt asinis meliores animi, *ta-
lium mesorum delicias sectantes.* Prætere-

Cyprian.
de Bono
pudicit.

I. Corinth.
6, 15.

Boët. lib. 3.
de Confo-
lat. prof. 7.

Boët. lib. 3.
Metro 7.

Matth. 13,
22.

lubens blandam ruinam melioris ætatis, lu-
xuriam dico, *obscænum ludibrium reddens*
ministris suis, nec corporibus parcens, nec ani-
mis. Et notum satis est, eum qui fornicat
in corpus suum peccare. Deliciæ mihi, in-
quiebat Staurophila, deliciarum CRVCIS
tormenta intelligere; quas vel ideò deinceps
minùs, vti spero, affectabo. Prudenter, re-
ponebat Christus, feceris. Quid enim solidè
in iis inuenias? nam *turbida hæ voluptates*
cùm appetuntur, plena anxietatis; cùm exple-
ta sunt, pœnitentiæ sunt referta: & intoler-
biles dolores, quasi quemdam fructum nequi-
tiæ, fruuentium solent referre corporibus. No-
mirum

*Habet omnis hoc voluptas,
Stipulis agit fruentes,
Apiumq; par volantum,
Vbi grata mœlla fudit,
Fugit, & nimis tenaci
Ferit ic̄ta cox̄da morsu.*

Atque hi quidem sunt cruciatus martyrum
carnis & huius sæculi.

Exspecto, inquiebat Staurophila, an diui-
tjjs tanta quoque insit carnificina & CRVX.

Quid verò dubitas? aiebat Christus, quas
vel ideò *spinas* appellauit, quia vt illæ dum
infi-

infiguntur, hærent, dolorem creant; sic di-
uitia magno labore acquiruntur maiore timore
conseruantur, maximè dolore amittuntur.

Hinc miserum auari martyrium, cuius ani-
mam mordaces hæc cura continuo absumunt.

Canis latrat; auarus putat furem esse. Mus
fortè perstrepat, & auari cor salit, quemlibet
vel puerum suspectum habet. Filios iam gran-
des, vt insidiatores aspicit, quòd eorum iam æ-
tas successionem expetere videatur. Et atten-
tius, quæso, vide, amatores auri quanta patian-
tur. Hiemalibus asperitatibus se nauigando
committunt: sic feruet auaritia, vt nulla for-
midet frigora: iactantur ventis, suspendun-
tur & deprimuntur fluctibus; ineffabilibus pe-
riculis vsque ad mortem agitantur. Dicant &
ipsi auro: Propter te mortificamur tota die.

Imò ne nocte quidem requiescunt; somnum
enim expellunt de lucro sollicitudines, vt
verè etiam possint dicere, *Quis nos separabit
à cupiditate auri? tribulatio? an angustia? an
persecutio?* Magnam habet, aiebat Stauro-
phila, cum vero martyrio auari hic crucia-
tus similitudinem: sed in eo maximè distat,
quòd sine merito sit, quin & magno (vt equi-
dem suspicor) animarum dispendio. Non
hæc suspicio est, aiebat Christus, sed ipsa ve-
ritas. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt
in tentationem, & in laqueum diaboli: & faci-
lius

Ludolph.
de Vit.
Christi
part. I. c. 64

Basil. Ho-
mil. in ali-
quot Scri-
ptur. loc.

August.
Serm. 100.
de Diuers.
cap. 6.

Pl. 43, 12.
August.
Serm. 50.
de Sanctis.

1. Tim. 6, 9.
Luc. 18,
25.

lius

Blesen.
Epist. 91.

lius est camelum transire per foramen acus
quàm diuitem intrare in regnum celorum. *Et*
vide, quæso, vt avari CRVX, infernalis mis-
eriæ quamdam præferat imaginem, nec er-
deest illi vnda Tantalii, Titij iecur, rota Ixio-
nis, vrna Belidum, saxum Sisyphi, dum in-
diuitias esurit, dum sollicitudinibus anxiatum
dum cupiditate torquetur, dum ad illicita rap-
tur, dum in saccum pertusum congregat, dum
congregando diuitias, labore continuo & se-
pernacuo se affligit. Non immeritò, inquit
bat Staurophila, in Euangelio horridum il-
lud *va* intentatum est diuitibus, si talis eo-
rum tam in hoc quàm futuro sæculo con-
ditio.

Luc. 6, 14.

Subtexam nunc, aiebat Christus, anima
illa gloriæ & honorum mancipia, quibus
sua quoque non deest CRVX & tortura. Per
quot enim ærumnas, honores petuntur
namque illos qui ambitu abeunt capessendi ma-
gistratus, neque pudet neque piget incommodis
anima & corporis; nec incommodis tantum,
verùm & contumelijs omnibus eniti in causis
votorum suorum. Quas non ignobilitates ve-
stium affectant? quæ non atria nocturnis &
crudis salutationibus occupant? ad omnem oc-
cursum maioris cuiusque personæ decrescen-
tes, nullis conuiujs celebres, nullis comesta-
tionibus congreges, sed exules à libertatis &
lati-

Tertull.
lib. extrem.
de Pœnit.

latitia felicitate, idq; totum propter unius anni volaticum gaudium. Eheu! quantis laboribus & doloribus honores & dignitates petuntur! Ambitiosus ut dominetur alijs, prius seruit; curuatur obsequio, ut honore donetur. Confragosa in fastigium dignitatis via est. Ambitio ipsi naturæ vim parat. Quid Cn. Pompeium in Africam, quid in Septemtrionem? quid Mithridatem & in Armeniam, & omnes Asiae angulos traxit? infinita scilicet cupido crescendi, cum sibi uni parum magnus videretur. Quid C. Cæsarem in sua fata pariter ac publica immisit? Gloria & ambitio, & nullus supra ceteros eminendi modus. Iam verò si cui honor desideratus negetur, quantum is se torquet & cruciat! Sedebat Mardocheus ante fores palatii, sed quia non affurgebat Aman, indignatus is est valdè, ut diceret, se, cum plurima haberet, nihil habere se putare, quamdiu videret Mardocheum sedentem ante fores regias. Et res hæc, quæ levis videri poterat, animum eius adeò pupugit, ut iusserit excelsam parari CRUCEM, in quam Mardocheus tolleretur. Sed ut ad curiam & palatium hîc nos sermo duxit? Ingrediamur sanè, erunt & hîc quas consideres CRUCES.

Aulicos vulgus suspicit, ignorans quantis pateant periculis. *Mare qui intrat, & nauigat,*

Ambros.
lib.4. in
Luc. c.4.

Seneca
Epist. 94.

Esther 5, 9.

Lips. Cens.
4. miscel.
Epist. 33.

*Polyb.
lib. 5.

gat, fluctus expectat; qui aulam, motus.
 uerâ enim hi liquiles sunt abaculorum calculi.
 Isti enim secundum computantis arbitrium
 modo aerei sunt, modo aurei: & aulici ad no-
 tum Regis nunc beati, nunc miseri. Quia
 multi post crepantes adulationum bulle
 opprobrium hominum factis, interdum
 que ad inimicorum dolorem deuenustati, &
 rebus humanis, veluti vomitu fortuna nau-
 seantis exspati sunt. Intellego iam, aiebat
 Staurophila, quam benè is dixerit, qui dixit

Sidon. l. 1.
Epist. 7.

Blesens.
Carm. de
Luctu
carn. &
spirit.

Desere palatia, nam curia
Curis, imò CRVCIBVS, & mortibus,
Semper est obnoxia.

Idem Epi-
stolâ 14.

Non aliter est, aiebat Christus: pro vanis-
 mâ enim vanitate militant curiales, in laboribus
 & ærumnâ, in vigilijs multis, in periculis
 magnis: periculis maris, periculis fluminum,
 periculis pontium, periculis montium, pericu-
 lis in falsis fratribus, in mortibus frequentibus,
 in confractiõne & lassitudine corporis, atque in
 alijs vitæ discriminibus, in quibus gloriam
 martyrij mererentur, si hæc pro meo nomine
 sustinerent. Nunc autem sunt martyres sacu-
 li, mundi professores, discipuli curiæ, milites
 Herluini. Per multas siquidem tribulationes
 promerentur infernum. Vide nunc, an à
 CRVCIBVS liberi sint aulici: & disce, longè
 plura

plura pro mundo tolerare sæculi martyres,
quàm multi pro Deo & æternâ salute. Sub-
ijciebat Staurophila: Cum Senecâ ergo iu-
re dixerim:

*Stet, quicumque volet, potens
Aule culmine lubrico:
Me dulcis saturet quies.*

Seneca in
Thyeste.

CAPVT XIII.

Coniugatorum CRUCES.

ONDVM omnes sæcularium
CRUCES, aiebat Christus, ex-
plicauimus: superest enim ma-
trimonij status, in quem, velut
densissimo imbri, mœrores,
anxietates, angores & CRUCES depluunt:
raturum enim fixumque manet, quod Apосто-
lus dixit: *Si acceperis uxorem, non peccasti;*
tribulationem tamen carnis habebunt huius-
modi. Quid hoc est, Domine, inquiebat
Staurophila? *Ego, rerum ignara, putabam nu-*
ptias saltem carnis habere letitiam. Si autem
nubentibus etiam in carne tribulatio est, in quâ
solâ videbantur habere delicias, quid ergo erit
reliquum, propter quod nubant, cum & in spi-
ritu, & in animâ, & in ipsâ carne tribulatio
sit? Ita est, respõdebat Christus, & quæ opti-
ma

i. Corinth.
7, 28.

Hieron.
lib. contra
Iouinian.